BIBLIOTHÈQUE
STE. GENEVIÈVE

SG


RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
À DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.e S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS









Ex Bibliothecâ
quam 16000 Voll. conſtantem
huic Abbatiæ S Genoveſæ Pariſ.
Teſtamento legavit Car Maurit.
LE TELLIER Archiep. Remenſis.
Obiit anno 1710.



La pièce 3 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. – mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Bibliotheca Americana Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

Les fiches portent pièces 1 à 6
puis pièces 1 à 30.

P. 1 – – Datée de 1522 }
2. – id –
3. circa 1522
4 – –
5} – –
6} Datée de 1522 }

Ces six premières pièces forment les ff. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

—

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 – Pellechet 4090
2 (7) – 416 – 3230
3 (8) – omis – omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 – 5060 et un 4e ex.
OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 – 3862
5 (10) – 465
6 (11) – 675
7 (12) – omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 – 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) – omis – omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 – 5019)
9* (15) – omis –
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) – omis
(cf OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) – 653
11 (18) – 665
12-13 (19) – 674 Pellechet 2048
14 (20) – omis
(cf OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) – 461 Pellechet 4816
16 (22) – 588 – 4433
17 (23) – 590 – 2836
18 (24) – omis mais sous le n°
832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe
pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erre[ur]
19 (25) – 534
20 (26) – 792
21 (27) – 419 coté à tort [351] ?

T. S. V. P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451


---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

x ~~[illegible]~~
~~x 511~~

XY E 740

n° 4 (9) Lettre de Christophe Colomb



Prognosticum . R . p . d . Pauli de Middelburgo Episcopi Forosempronieñ. ostendens Anno . M . D . xxiiii. nullum neqꝫ vniuersale neqꝫ prouinciale diluuium futurum . S . dño nostro Cleméti . p . p̄ . vii. dicatum .



35

AD SANCTISSIMUM DOMINUM nostrum Clementē septimum Pauli de Middelburgo dei & apostolicę sedis gratia Epi Forosempronieñ Prognosticum, ꝙ per cōiunctiones oīm planetarum, in Signo piscium sequēti anno futuras, nullum significatur Diluuium neq; uniuersale neq; prouinciale.



Am multis annis Beatissime Pater feriatus sum & abstinui a Prognosticis ædendis: melioribus studiis occupatus: sed quia his diebus ex Astrologorum uaticiniis rumor increbuit maximum & ingentissimum fore diluuium: & quasi huius quartæ septentrionalis quam Christiani inhabitant, destructiuum: quodq; multas Regiones annihilabit quinimmo Angliam maximam Europæ Insulam mari obruendam enunciauerunt: & non solum insulanis & maritimis ac decliuiora loca colentibus: uerum etiam Vmbris Vrbinatibus & Perusinis in montibus habitātibus minati sunt multas quoq; Ciuitates terræmotu perituras uaticinati sunt ex certis constellationibus futuris anno proximo sequente, videlicet anno a Natiuitate Dñi. M. D. xxiiii. de mense Februarii: adeo ꝙ uniuerso populo magnum timorem incusserint: statui denuo calamum sumere & pro consolatione. S. tuæ & populi christiani his malis rumoribus territi: pauca de his scribere decreui: uidelicet ꝙ per has constellationes & coniunctiones omniū planetarū in signo Piscium anno dñi. M.D.xxiii de mense Februarii futuras: nullum significatur diluuium, neq; uniuersale, uel ut aiunt ingentissimum multarū Regionum destructiuum, neq; prouinciale quod prouinciam aliquā deleat. quemadmodum in singulis breuiter ostendemus. In primis coniunctio illa Saturni & Iouis quam magnam appellant: non potest significare diluuium aliquod neq; uniuersale neq; prouinciale: quia in ea dominatur Iupiter planeta tēperatus, bonus, & hominibus

beneuolus qui non potest inducere diluuium ueluti homi-
nibus rem pessimam· Eadẽ ex causa non potest facere ter
ręmotum maximum Vrbes subuertentem: neq; reliquo-
rum planetarum conuentus possunt facere diluuiũ ,immo
potius impedient diluuium,ut in singulis iam ostendemus
Nã coniunctio Martis cum Saturno & Ioue quę erit die.v.
Februarii anni prędicti non poterit facere diluuium aliqđ
neq; uniuersale neq; prouinciale,quia Mars est planeta ca-
lidus & siccus , & contrariatur diluuio & potius induceret
æstum & caliditatem & siccitatem q̃ diluuium.

Similiter coniunctio Solis cum Saturno & Ioue quę cõ
tinget eodem mense non potest significare diluuium aliqđ
propter rationem & causam de Marte expressam, nã cum
Sol sit Planeta calidus & siccus,ut omnibus perspicuum ex
tat,non potest facere diluuium.immo potius impediet dilu
uium ne fiat ,quia caliditatem & siccitatem inducit.Pręterea
tẽpore istarum coniunctionum omnes planetę erunt com-
busti a Sole uel prope combustionem , ergo erunt debiles
& nullius pene uirtutis,quia Sol per potentiam suam impe
dit eos immo aufert ab eis influxum ipsorum & per conse-
quens non poterunt facere diluuium. Immo Sol cõburens
eos dominabitur eis.cum ergo sol sit calidus & siccus & cõ-
trarius diluuio,sequitur nullũ significari diluuium.

Eodem modo cõiunctiones Veneris cum Saturno Ioue
& Marte quæ contingent eodem mense Februario nõ pos-
sunt inducere diluuium aliquod propter rationem de Ioue
dictam,quia Venus planeta beniuolus non potest inducere
diluuium quod est pessimum·q̃uis stella Veneris sit humi-
da tamen nõ inducit humiditatem superfluam & nociuam
sed temperatam & pluuiam serotinam fæcundam & herba
rum atq; bladorum generatiuam.

Similiter coniunctiones Mercurii cum Saturno cũ Ioue
& Marte quę cõtingẽt eodẽ mẽse nõ possunt significare di
luuium aliquod. quia cõplexio Mercurii est calida & sicca
& contraria diluuio & licet nonnunq̃ faciat pluuiam quan-
do coniungitur cum stellis pluuiosis tamẽ non potest facere

diluuium propter debilitatem ipsius. Neq; etiã eclipses Lunæ factę anno præsenti videlicet anno. M.D.xxiii. neq; coniunctiones vel preuentiones Solis & Lunę præcedentes introitum Solis in arietem vel in alia signa possunt significare diluuium futurum quia dominatores ipsorum fuerunt Sol Iupiter Venus & Mercurius qui nõ possunt facere diluuiũ vt superius ostendimus . tum etiam quia eclipses Lunæ singulis fere annis contingũt, ergo non possunt producere effectum maximum & rarissimum quale est diluuium. sed solum possunt augere vel diminuere significata aliorum planetarum , & quia alii pla netæ altiores vt puta Saturnus Iupiter Mars & Sol non portendunt diluuium futurum vt superius ostendimus perspicuum est q; eclipses lunares non possunt significare diluuium. Præterea effectus istarũ eclipsium iuxta Ptolemæi sententiam non possunt pertingere vsq; ad mensem Februarium in quo accident cõiunctiones prædictæ, quia non transcendent quattuor menses iuxta numerum horarum quibus Luna in vmbra permansit.

Restant nunc reliquæ octo coniunctiones lunæ cum Saturno cum Ioue cum Marte Sole Venere Mercurio & cum capite & cauda draconis &c. Dico q; coniunctiones istæ nõ possutn inducere diluuium aliquod : quia sunt quotidianæ & singulis mensibus contingunt & producunt effectus quotidianos quos videmus contingere singulis mensibus & nõ possunt producere effectum maximum & rarissimum vt est diluuium : quod in multis milibus annorum vix semel contingit. quãdoquidem apud priscos auctores non legitur diluuium vniuersale contigisse nisi semel tempore Noe: quod fuit super vniuersam terram. particularia vero diluuia de quibus memoria habetur etiam pauca fuerunt videlicet primum Egyptium ex Nyli inundatione tempore Promethei. Secundum fuit acticum sub Ogige rege. Tertium fuit thessalicum sub Deucalione & Pyrrha . Quartum fuit pharonicum vbi nunc est Alexandria ægypti etiam exinundatione nyli tempore vatis Prothei sacerdotis. Quintum fuit Cymbricum tempore Marii Imperatoris & Consulis Ro-

manorum: perhibent nanq historiographi Cymbros inundatione oceani patriam submersam relinquentes cum vxoribus filiis & reliqua supellectili alias sedes quæsiuisse, sicq per germaniam & galliam diu vagantes. tandem alpes Italicas transcendentes, a Romanis tunc Italiam tenentibus locum aliquem ad habitandum petierunt, quem cum impetrare & obtinere non potuissent, ferro viam facere deliberarunt, multisq cladibus Romanos affecerunt, quos tãdem Marius & Catulus vicerunt: ut Liuius docet.

Concludimus ergo per has constellationes nullum significari diluuium, neq uniuersale, neq prouinciale quod prouinciam aliquam deleat vel ciuitatem submergat. Superest nunc ut soluamus argumenta astrologorum qui hoc ingentissimum diluuium futurum prędixerunt. primum nanq & pręcipuum argumentum tale existit. Omnium planetarum coniunctiones & cõuentus contingent de mense februarii in signo piscium quod est signum aqueum, ergo significant diluuium futurum. nam quando multi planetæ coniunguntur in uno signo significant rem magnam futuram secundũ naturam illius signi. Cum ergo signum Piscium sit signum aqueum necesse est has coniunctiones significare multitudinem aquarum & per consequens diluuium. huic argumento innituntur omnes astrologi qui dilunium futurum enunciauerunt, sed facile hoc argumentum solui potest & multipliciter. Primum quia signum in quo fiunt coniunctiones planetarum non tenet se ex parte causę efficientis sed solum ex parte causæ materialis. Quia significat materiam in qua continget planetarum effectus. Planetæ vero sunt causę efficientes. quia ergo planetæ non significant diluuiuз futurum immo potius siccitatem vt superius ostendimus. Sequitur q signum aqueum nõ potest facere diluuium. quamobrem Hali abenragel inter astrologos arabes primus libro reuolutionum annorum mundi capitulo quinto auctoritate hermetis sic scripsit. Quando Saturnus Iupiter & Mars iuncti fuerint in piscibus significant mortem & multum damnum hominum excellentium & nobilium. Et si ibi coniungitur

Sol Mars & Saturnus significant ꝙ Rex interficietur & pau-
cas pluuias. Si ergo paucas significant pluuias non poterunt
facere diluuium, quinimmo temporibus nostris sæpe vidi-
mus coniunctiones Saturni & Iouis fieri in signis aqueis &
tamen nunq̃ fecerunt diluuium quod prouinciam aliquam
deleret uel ciuitatem. Nam anno domini millesimo quadrin
gentesimo octuagesimo quarto facta fuit coniunctio Satur-
ni & Iouis in Scorpione quod dicunt esse signum aqueum
& tamen non fecit diluuium. Similiter anno domini millesi
mo quingentesimo quarto facta fuit coniunctio Saturni &
Iouis in signo cancri quod dicunt esse signum aqueum & ta
men non induxit diluuiũ. Pręterea quod dicunt signa aquea
significare diluuium debile est argumentum & sane friuolũ.
quia distinctio illa signorum per distinctionem elementoꝝ
facta, non consistit in ratione naturali sed uoluntaria. nam
prisci philosophi qui Zodiacum in duodecim signa distinxe
runt, ita potuissent diuidere cœlũ in xxiiii. partes sicut in. xii.
quia ista fuerunt in arbitrio ipsorum posita. quemobrẽ om̃s
ædificatio quæ fit uel facta est sup hac duodenaria diuisione
signorum eruto fundamento ruit. friuola est ergo distinctio
illa qua signa suas denoĩationes accipiũt videlicet ꝙ primũ
signum puta Aries est calidũ & siccum igneũ secundũ scili-
cet taurus est terreum tertium aereum quartũ aqueum. quin
tum rursus igneũ, sicq; in cæteris iuxta quam diuisionem si-
gnum piscium est signum aqueum. ꝙ si cœlũ diuidatur in si
gna. xxiiii. prima medietas piscium in qua cõtingent hæ cõ
iunctiones iuxta hunc ordinem signorum & elementorum
erit signũ aereum. friuola est igitur hæc distinctio signorum
iuxta ordinem elementorũ. nam & experiẽtia docet signum
Leonis quod iuxta hanc partitionem calidum est & siccũ Lu
na in ipso exeunte maxime extat pluuiosum. quamobrẽ in
pluuiis & reliquis aeris impressionibus magis debemus ob-
seruare stellas fixas & Zodiacũ octauæ sphæræ in quo prisci
authores distinxerunt uiginti octo mansiones Lunę ex qui-
bus iudicia sumpserunt & iuxta horum doctrinã mãsiones
lunæ in prima medietate pisciũ sunt siccæ. ergo nõ possunt

significare maximum diluuium. Neq; verū est quod quidā scripsit, morbū illū nouum quē gallicū appellant significatū fuisse per coniunctionem Saturni & Martis factam in anno dñi millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, qa ante hoc tempus multi hac contagione perierunt non solum in Gallia & Hispania vbi hæc pestis primum incepit, verum etiam in Italia: vbi per Gallos aduecta fuit anno dñi millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, qñ Gallorum Rex Carolus in Italiā venit, vnde & Gallicū nomen accepit fuit aūt significata hæc epidimia per cōiunctionē Saturni & Iouis in Scorpione factā anno dñi millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, quē morbū & nos ī prognostico illius anni futurū pdiximus, morbū sc3 nouū ɔtagiosum ex humore adusto genitū medicis incognitū difficulter curabilē. Infero igiť ex pdictis p cōstellationes & cōiunctiones futuras anno pxime seqnte videlicet anno dñi. M.D.xxiiii. de mense Februarii nullum significari diluuiū neq; vniuersale neq; vt aiunt ingentissimum & quasi huius quartæ septentrionalis destructiuū quod multas regiones annihilabit. neq; prouinciale quod prouinciā aliquā deleat, immo neq; quod ciuitatem aliquā submergat. Inundationes vero & excrescentiæ fluuiorum q̄ sæpe cōtingunt non debent appellari diluuia. Frequenter nāq; accidit q magni Fluuii alueos suos egressi p planiciē decurrant & loca decliuiora inundēt. nā & diebus nostris tpe Sixti iiii. Alexandri. vi. ac demū tēpore Leonis. x. Ro. Ecclesiæ Pontificum Tiberis Fluuius in Vrbe Roma decliuiora vrbis loca valde inundauit, & ad decem fortasse pedes sup ea ascendit vt multis in locis Romæ ob memoriā rei in parietibus annotatū inuenitur. sic & padus Italiæ fluuius agros Ferrarienses & Mātuanos decliuiores sæpe inundat & vt poeta mantuanus inquit, Cū stabulis armenta trahit. sic & Rhenus Danubius Rhodanus & reliqua magna flumina pcipue qñ niues in alpibus liquescūt alueos suos egrediunť & planicies inundant tñ ciuitates non submergūt. tales aūt inundationes non debent appellari diluuia quia sæpe cōtingunt. Sic & maris oceani excrescentia

1494. morbus gall. in Italia.

ſæpe accidere ſolet incolis qui littora oceani vel inſulas eius inhabitant, ut ſunt Cymbri, Friſii, Holládini Zelādini, Britones & reliqui, ęſtus nāq; & fluxus atq; refluxus maris oceani multo ſunt maiores & altiores q̄ maris mediterranei vel ſinus hadriatici: quāobrem iſti littorales & inſulani ſæpenumero dāna ex inundatione maris oceani patiuntur. maxime hi qui nouas Inſulas inhabitant quę ex limo terræ & arenis per Fluuios delatis paulatim cōgeſtæ ſunt, quas philoſophi adiectiones terrarum vocant. vt de parte ægypti quam deltā appellāt ſcripſerunt, ſępe enim cōtingit ꝙ vbi nunc eſt mare fiat arida, & econtra, quinimo & noſtris tēporibus inſulani iſti multa ex inundatione oceani damna paſſi ſunt. tamen quia talia ſæpe cōtingunt non debent vocari diluuia: eo ꝙ nō delent neq; ſubmergunt prouinciam uel ciuitatē.

Poſſem & alia multa ad confutationē huius diluuii ex ſacra ſcriptura adducere, ſed quia doctores qui diluuiū futuꝝ denūciauerunt innituntur rationibus phyſicis & aſtrologicis volui ꝑ ſimiles rationes ſcripta eoꝝ refellere & confutare.

Concludo igitur per conſtellationes prædictas nullum ſignificari diluuiū, neq; uniuerſale neq; prouinciale quod prouinciam aliquam deleat, neq; quod ciuitatē aliquā ſubmergere poſſit, neq; terremotum maximum vrbes ſubuertentē. Valeat Sanctitas tua, quam deus ad uota conſeruet. Ex Foroſempronii Calendis Decembris. M. D. xxiii.



